ptione contentis accepta satisfactione sufficienti demittit. Omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam Gnosi Notarii Castren. Bransc. et ipsius succes. plenarie et ex integro transfert et transfundit. Intromdi illi ex nunc realem cum actuali ac pacifica possessione per Mtem Regni Generalem et Nobiles duos offerre acceptandam dat et admittit. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

G. Raczki Vexiliferi T. M. **Obligatio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceń personaliter comparens Nobilis Matheus olim Stanislai Krasowski de Krasowice Ozerepy hrs sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generoso Martino Raczki vexilifero Mielnicensi et ipsius succes. Bona sua omnia mobilia et immobilia in bonis Krasowice Ozerepy consistens se quocunque modo acquisita concernentia utpote in areis hortis agris pratis campis silvis borris aedificiis omnibus parvis et magnis seminatis hyemalibus et vernalibus et generaliter cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis et pertinentiis ex eadem bonis modo quovis nunc et ab antiquo provenientibus nullis exceptis nec prorsus aliquo quopiam reservatis in summa Centum florenorum polon. hinc et ab actu praesenti usque ad exemptionem et summae praefatae integram et indivisam exolutionem obligavit inscripsit et invadiavit. Sui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Mtem Regni Generalem et Nobiles duos quem et quos sibi facilius commodius conducere poterit offerre acceptandam dat et admittit. Submittendo se ac de bonis suis omnibus inscribendo cum sua posteritate sua obligationis huius occasione praefatum ab omni impedimento undique quarumvis personarum propinquarum et remotarum utriusque sexus status et conditionis existentium meri defendere evincere liberare pacificare intercedere solusque tam per se quam per quasvis submissas et subordinatas personas non turbare sub vadio simili aliorum Centum florenorum polon. quod deficiens evictionis seu impedimentis possessionis adsolvendum irremissibiliter succumbendo. Et Coram officio praesenti seu Castren. Drohiciensi cuius et citatus parat in primo citationis termino peremptorie respondere pro vadio tum et citato omnibus ab eodem officio ad nomen recedendo satisfactione. Omnibus contravenientibus exceptionibus allegationibus, evasionibus dilationibus, infirmitatibus metiis, appellationibus ac earum quibusvis prosequutionibus praemissa evadere volendo omnino hic et aliis in universum cunctis iuris remediis et defensis legalibus quibusque impedimentis etiam dicere conantibus se et suos successores renunciando et abrenunciando sub amissione eius et suorum successorum iuris et integrae causae. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Mienski **Demissio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Branscen. personaliter comparens Gnosus Joannes, sive nomine Gnosae Mariannae Zyckowna coniugis suae a qua de rato et grato in forma iuris plenissima parem cavet sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilis ...